



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Theses Theologicæ Apologeticæ Et Miscellaneæ,
Adversvs Doctrinam Cornelii Iansenii Propvgnatam Ab
Eivs Patronis Svb Prætextv Qverimoniæ Typographi
Lovaniensis**

**Derkennis, Ignatius
Antverpiae, 1641**

VII. De Omnibvs In Devm Referendis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73743](#)

6 THESES THEOLOGICÆ.

Iansenio possit suffragari, verum et si vobis auctoritates irrefragabiles suppetenter, quo pacto purgatis Iansenium, quod communissimum est, non potest nisi in anima non iubatum obser-

vat. Doctorum sententiam de ignorantia inuincibili excusante à peccato Pelagianismo accensat? Vnde Thes. cap. 2. art. 13.

VII. DE OMNIBUS IN DEVM REFERENDIS.

Dicunt infamari à nobis illud Iansenij dogma, Nullum omnino fieri posse opus bonum, hoc est sine peccato, nisi in Deum proper se dilectionem referatur, deinde addunt hac ratione probari à S. Augustino, omnia opera infidelium esse peccata. pag. 66.

RESP. Merito improbanus dogma illud, ex quo toti antiquitati contrarium sequitur, nullam esse virtutem, nisi ex motu charitatis, hoc est, nisi charitatem atque actus omnes alios vera esse peccata. merito improbanus propositionem in ipsissimis terminis à duabus Pontificibus damnataam, quod omnia opera infidelium sint peccata. Quod addunt Iansenianam istam sententiam apud animas pias in praxi esse, que docentur, & student actiones omnes suas expressæ, aut virtualiter ad Deum referre: ineptissima ad propositum consequentia est, similis huius: Docentur qui perfectione student sequi Christi consilia, ergo peccant, qui non sequuntur, etiam ab omni vinculo soluti. At D. Thom. inquit, non consilium tantum, sed preceptum vocat, refere opera sua in Deum, ita sit, sed non idem semper per charitatem acuminam multis alijs mo-

dis referri in Deum possunt; hoc in primis, quia Deus nobis bonus est, quem bonis actibus, ut finem vitium à nobis possidendum consequi cupimus: hic autem est concupiscentia amor, quem Iansenius virtutum, & peccatum vocat. Deinde virtuali solum, immo habitu dumtaxat relatione contentus est, ut à peccato exēset. Cum Eftim etiam adductis, quare non eadē operā tradidit, illum, illo ipso, quem citatis, loco contra Iansenium negare praeceptum esse iuri naturali, negare ininde illo obligari, negare opera omni infidelium esse peccata, quod vos ex Ianseniano dogmate consequens dicitis. Docere sufficere relationem in Deum virtualē que quā variam patiatur explicationem, normū Theologī, ipſi certè Eltius, & D. Thomas cum habitu subinde confundunt, quin & ipſi vos virtuali illa relatione contentis, nec opus est actu cogitare de Deo, ergo nec actualiter illum amare, ergo opus aliquod bonum est, quod non sit motu charitatis acta informatum. O si ita benignus fuisset Iansenius!

VIII. DE ATTRITIONE.

Negant 1. Iansenium docere contritionem perfectam, ut ab attritione quacumque distinguatur, necessariam esse de peccati mortali cum Sacramento remissioni. 2. dicunt ex mente eius sufficere actum amoris Dei imperfectum, per modum insinnae & simplicis complacentie, qui deleat peccatum cum Sacramento, non autem sine eo. 3. dicunt id tradi à Trid. sess. 6. cap. 6. 4. querunt, quā fide Ihesum audires tribuant Iansenio hanc propositionem, à Pio V. damnatam: Omnis amor creature rationalis aut virtuosa est cupiditas, aut laudabilis illa charitas, quā per Spiritum sanctum in corde diffusus Deus amat. pag. 65.

RESP. AD PRIMVM, non satis versati videntur in suo Iansenio, qui id negant, aut prudentes dissimulant, quod sciunt nam manifestum est id docere Iansenium, quod illi negant: ille profite loquatur. *Vniverſa*, inquit, Concilii Trid. doctrina de iustificatione clamat, veram contritionem... verum peccatorum odium, ac detestationem, veram non peccandi voluntatem, veram iustitiam (id est iuxta eum Dei) dilectionem iustificationem quamlibet antecedere debere. tom. 3. col. 592. antea vocauerat veri nominis, & rationis contritionem.

Si quanlibet iustificationem precedere debet vera contritio, ergo & eam, qua sit in Sacramento, rursus ille: Fallitur qui quis putat per sacramentum penitentie effectum esse, ut iam duplex sit iustificationis modus, unus per contritionem, alter per illam attritionem, que solo panarum timore de peccatis dalet, sed unus & idem semper est, & sit iustificationis modus per dolorem de offensione. D. Tom. 3. col. 593. Subsume: atqui arte institutionis Sacramenti penitentiae modus iustificandi fuit per veram contritionem, eamque efficacem, ergo & modis est in Sacramento, iuxta Iansenium. satin probatum est non recte à Iansenianis intelligi Iansenium: plura si capis ad tom. 3. lib. 5. cap. 33. & 34. quod autem ibi minuerit quādam esse contritionem veri nominis & rationis & essentie (ex motu scilicet charitatis cum detestatione peccati, & proposito non peccandi de cetero, cum spe venia) quae tamen non nisi cum Sacramento ad iustificationem acquirendam sufficit, more sui facit quid non satis cohærentia loquatur: id nos non moratur viderint eius aducati, quo pacto concilient.

AD SECUNDVM. Licer amorem Dei simplicis com-